

Il vero "ospizio" del S. Bernardino

Autor(en): **Z.**

Objektyp: **Article**

Zeitschrift: **Quaderni grigionitaliani**

Band (Jahr): **5 (1935-1936)**

Heft 2

PDF erstellt am: **26.07.2024**

Persistenter Link: <https://doi.org/10.5169/seals-7489>

Nutzungsbedingungen

Die ETH-Bibliothek ist Anbieterin der digitalisierten Zeitschriften. Sie besitzt keine Urheberrechte an den Inhalten der Zeitschriften. Die Rechte liegen in der Regel bei den Herausgebern.


Die auf der Plattform e-periodica veröffentlichten Dokumente stehen für nicht-kommerzielle Zwecke in Lehre und Forschung sowie für die private Nutzung frei zur Verfügung. Einzelne Dateien oder Ausdrucke aus diesem Angebot können zusammen mit diesen Nutzungsbedingungen und den korrekten Herkunftsbezeichnungen weitergegeben werden.

Das Veröffentlichen von Bildern in Print- und Online-Publikationen ist nur mit vorheriger Genehmigung der Rechteinhaber erlaubt. Die systematische Speicherung von Teilen des elektronischen Angebots auf anderen Servern bedarf ebenfalls des schriftlichen Einverständnisses der Rechteinhaber.

Haftungsausschluss

Alle Angaben erfolgen ohne Gewähr für Vollständigkeit oder Richtigkeit. Es wird keine Haftung übernommen für Schäden durch die Verwendung von Informationen aus diesem Online-Angebot oder durch das Fehlen von Informationen. Dies gilt auch für Inhalte Dritter, die über dieses Angebot zugänglich sind.

IL VERO "OSPIZIO", DEL S. BERNARDINO



S. BERNARDINO - L'antica chiesa di San Bernardino.

Sette anni dopo la morte del francescano San Bernardino da Siena, nel 1451, sorge la chiesetta di San Bernardino che darà il nome anche al luogo e al valico; e ventitre anni più tardi, nel 1467, fra i rappresentanti del comune di Mesocco e il conte Enrico de Sacco per una parte, e i due monaci *Gianotus de Anderslia* e *Andrea de Chiabbia* per l'altra parte, si stabilisce un contratto per cui comune e conte cedono in feudo alcuni beni siti nel luogo di S. Bernardino ai due monaci, i quali, fra altro, si obbligano a concedere, per carità e senza compenso, rifugio e due pasti ai viandanti.

Ecco il documento del Contratto che, in originale e in copia autentica del 1540, si custodisce nell'Archivio di Mesocco (1):

Z.

(1) Il documento è stato pubblicato per la prima volta da **B. Mathieu**, (in appendice al suo studio) « *Zur Geschichte der Armenpflege in Graubünden* », in *Jahresb. der hist. ant. Gesellsch. von Graub.* 1927, pg. 137 sg.

In nomine domini amen. Anno a nativitate ipsius millesimo quadringentesimo sexagesimo septimo, Indictione quintadecima, die lune, decimo sexto mensis marcii. Convocato et congregato consilio communitatis et hominum et singularum personarum *Misochi* valis *Misolcine Curiensis* diocesis. In quo quidem consilio et vicinanzia adfuerunt et sunt videlicet inprimis Simon fillius condam Henrici notarij ac Donatus eius nepos fillius Alberti, Antonius fillius condam Donati de Melchior del Prenedo, Anrigotus filius condam Alberti de Antonietto, Antonius filius Simonis de Antonietto, Henricus filius condam Teschini, Jacomettus filius condam Belmonti, Antonius filius condam Jacobi Spiane, Togijs filius condam Jacobi del Guerzietto, Zanettus filius condam Marchxij, Gaspar filius condam Mafei de Merchacio, Joannettus de Menga, Albertus Sartorelli, Cristophorus Sartorelli, Zanus filius condam Antonij Borelle, Pelegrinus filius condam Mascarme omnes de *Crimeo*, pro sese et pro omnibus alliis vicinis de *Crimeo* pro quibus omnes promiserunt sub obligatione sui et omnium suorum bonorum pignori presentium et futurorum de rato et firmo habendo et de rati habitione ut supra. Zanus dictus Bacenus, Guarnerius filius condam Hanzii de Guarnerio et Petrus eius frater, Albertus Melchior et Antonius fratres filij condam Bochetti de Antonietto, Bertramus filius condam Antonij de Pello, Antonius filius Zanis de Pelo, omnes de *Lexo*, pro sese et pro omnibus alliis suis vicinis de *Lexo* pro quibus promiserunt ut supra. Simon filius condam Janij, Petrus Pedrettus filij condam Gaspari de Dominico, Zanettus filius condam Giannis Giore, omnes de *Anzono*, pro sese et omnibus alijs suis vicinis de *Anzono* pro quibus omnibus promiserunt ut supra. Andreas filius condam Gianoni de Curte, Albertus et Zanus filij condam Martini Bugade Blaxius, Jacobus filius Rote, Jacobus filius condam Gaspari Orsere, Gaspar filius condam Henrici Lorietti, Albertus filius condam Jacobi Raxi, Zanus filius condam Jacobi Sperendorii, Zanus filius condam Magini, omnes de *Giabia*, pro sese et pro omnibus alijs suis vicinis de *Giabia*, pro quibus omnibus promiserunt ut supra. Zanettus et Orichus fratres filij condam Gaspari de Oricho, Antonius filius condam Zanis, Antonii Bonitatis, Anriginus filius condam Bertrami del Crano, Jacobus filius condam Taschini, Zanus filius condam alterius Zanis de Payero, Jacobus filius condam Antonij monachi de santo Jacobo, Zanus filius condam Zanis de Seda, omnes de vicinanzia de *Inderselia*, pro sese et pro omnibus alijs suis vicinis de *Inderselia* pro quibus promiserunt ut supra. Caspar Ferarius, jahonnes filius condam Onrici de Albertino, Bertrameus, filius condam Zanis, Hanc et Zanus eius nepos, Albertus de Guaitano, Melchior de Bozio, Caspar de Anrigino, Laurenzius filius condam Gasparis dicti Carpenzi, Bertrameus filius condam Antonii Bonitatis de Giano, Jacobus Bonete omnes de *Arua* et de *Lonegianno* pro sese et pro omnibus alijs suis vicinis de *Arua* et de *Lonegianno* pro quibus promiserunt ut supra. Gaspar dictus Cotelus, Zanus dictus Gaya, Gaspar dictus Rezus et Thomax eius filius, Antonius filius condam Gaspari del Rubeo, Omnes de *Doira* pre sese et pro omnibus alijs suis vicinis de *Doria* pro quibus promiserunt de rato habendo ut supra. Qui omnes vicini superius nominati de Mixocho sunt ibidem suis nominibus proprijs et nominibus at vice omnium aliorum suorum vicinorum totius communis de Mixocho pro quo comune de Mixocho integraliter ipsi superius nominati pro quibus promiserunt sub obligatione sui et omnium suorum bonorum pignori presentium et futurorum de rato et firmo habendo et de rati habitione ut infra, nomine et vice et at partem et utilitatem ecclesie sanctorum Bernardini et Sebastiani. Quam quidem ecclesiam ipsi vicini de Mixocho, de consillio auxillio et voluntate magnifici et potentis domini comitis Henrici de Saco de castro Mixochi et dicte totius vallis Misolcine domino generale etc. Jam pluribus annis elaois fecerunt alevare et construere in Gualdo de Gareda ubi dicitur ad pontem Garede territorio Mixochi, investiverunt et investiunt jure et nomine livelli

et perpetue hereditatis per emphitheosim et emphitheotici jure ad livellum et ad hereditatem usque in perpetuum, Gianotum filium condam Oprandi de suprascripto loco de Inderselia et Andream filium condam Ferini de suprascripto loco de Giabia, ambo de Mixocho et utrumque ipsorum pro medietate parte pro indivisio ibi presentes stipulantes et renunciantes pro sese et pro eorum heredibus natis et nascituris ex ipsis de legitimo matrimonio tantum. Nominative de petia una terrae prative sive de clauso uno jacente in territorio de Mixoccho ubi dicitur ad sanctum *Bernardinum* seu in gualdo de Gareda prope suprascriptam ecclesiam sancti Bernardini, cui coheret a mane alpis de Aqua bona, a meridie similiter et in parte aqua de aqua bona, a sero strata communis et a nullora comunis Mixochi seu aqua que apellatur *Qualmagnia*. Ipsi monachi posint tensare suprascriptam petiam terre ut supra coherentum a terrae omni tempore tamen eam bene claudendo ita quod non posint intrare intus bestias. Cum hoc quod ipsi monaci teneantur manutenere per ipsam petiam terre bonam et sufficientem stratam. Item de petia una terre prative jacentem in territorio suprascripto in Gualdo Garede ubi dicitur in Giabio calgixio confinante undique flumen Moexie et comunis Mixochi. Que petia terra inteligatur esse tensa quando sunt tensa bona de Sevosia. [ev. scuosia]. Item de petia una terre prative jacente in territorio de Mixocho ubi dicitur in Giabiis subtus Garedam pro ut terminatum est. Cui coherent a mane aque canegini, a meridie a sera et a nullora comunis. Saluo tamen, si alie vel aliter melius reperirentur coherenzie quod semper stetur veritati. Et hoc hinc ad annos viginti novem pro proxime futurus et deinde in antea ad alios annos viginti novem proxime futuros et subsecuturos et ab inde in antea ad livellum et ad hereditatem usque in perpetuum meliorando et non peiorando tamen. Et hoc tamquam et forma livelli contractus. Et hoc cum pactis modis et conventionibus infrascriptis et cum omnibus et singulis suis juribus et pertinentiis ac beneficiis universis et usque in vias publicas, ita ut decetero usque in perpetuum suprascripti Gianotus et Andreas ut supra investiti et uterque ipsorum pro medietate parte cum suis heredibus habeant, teneant, gaudeant, possideant et usufruantur predicta omnia et singula bona et res superius ad livellum et ad hereditatem data cum suis juribus et pertinentiis, et de eis sint et succedant in locum, jus et statum universum suprascriptorum vicinorum de Mixocho locatorum ut supra suis et dictis nominibus ut supra de suprascriptis bonis et rebus superius ad livellum et ad hereditatem datis, et de ipsis exinde faciant et facere posint, quidquid facere licet sine ulla contradictione suprascriptorum vicinorum de Mixocho locatorum suis et dictis nominibus nec eorum heredum nec alterius personae comunis colegii, capituli et universitatis ac eis utantur, experiantur exerceant et sese tueantur omnibus illis modis juribus actionibus, rationibus et defensionibus, quibus omnibus et sicut et quemadmodum suprascripti vicini locatores suis et dictis nominibus ut supra possunt, poterant et potuissent ante hunc contractum livelli non celebratum. Insuper ad majorem cautelam et firmitatem huius contractus suprascripti vicini de Mixsocho super nominati suis et dictis nominibus ut supra dederunt et concesserunt plenam parabolam et licentiam omnimodam suprascriptis super investitis et utriusque ipsorum pro medietate parte intrandi et apprehendendi sua auctoritate propria corporalem possessionem et tenutam suprascriptorum honorum et rerum superius ad livellum et ad hereditatem datorum cum suis juribus et pertinentiis. Et interim donec intraverint ad dictam corporalem possessionem et tenutam seu vel quasi apprehenderint ex nunc pro ut ex tunc constituerunt sese suprascripti vicini ut supra nominati locatores suis et dictis nominibus ut supra sese predicta bona superius ad livellum data nominibus et vice suprascriptorum supra investorum tenere et possidere. Que quidem bona et res superius ad livellum et ad hereditatem data cum suis juribus

et pertinentiis suprascripti omnes vicini de Mixocho superius nominati locatores suis et dictis nominibus ut supra promiserunt et convenerunt solemniter per stipulationem obligando sese et omnia eorum et dictis nominibus ut supra et dicti comunis de Mixocho bona pignori presentia et futura suprascriptis Gianotto et Andreae ut supra investitis et utrique ipsorum pro medietate parte sese ipsis et suis heredibus et habentibus justam causam ab eis omni tempore usque in perpetuum legitime defendere et guarentare ab omni persona communi, collegio capitulo et universitate omnium suprascriptorum vicinorum de Mixocho ut supra nominatorum locatorum, suis et dictis nominibus ut supra propriis expensis dampnis et interesse tantum et sine aliquibus expensis dampnis et interesse suprascriptorum Gianotti et Andreae ut supra investorum et utriusque ipsorum pro media parte nec eorum heredum nec alterius personae communis, collegii, capituli et universitatis in penna et sub penna totius dampni et interesse et omnium expensarum solempni stipulatione promissa et deducta. Et pro ficto vero, reddito et gaudimento subscriptorum bonorum et rerum superius ad livellum et ad hereditatem datorum cum suis juribus et pertinentiis suprascripti Gianottus et Andreas supra investitis (così nel testo) et uterque ipsorum pro media parte promiserunt et convenerunt solemniter per stipulationem obligando sese et omnia eorum et utriusque pro media parte bona pignori presentia et futura subscriptis vicinis de Mixocho locatoribus suis et dictis nominibus ut supra facere, manutenere et observare infrascripta pacta omnia et singula pro ut inferius declerantur videlicet.

1. In primis quod prefatus magnificus dominus Comes Henricus de Sacho dominus ut supra ibidem presentialiter dedit et dat plenam licentiam potestatem et baliam suprascriptis monacis ut supra investitis et suis heredibus vendendi ad supscriptam ecclesiam Sancti Bernardini cibum et vinum sine aliquo datio seu pedagio et sine aliqua alia condicione ipsi magnifico domino Comiti Henrico et



Ospizio del San Bernardino. Lago di Moësa

OSPIZIO DEL SAN BERNARDINO.

suis heredibus persolvenda et sine ulla exeptione et penna usque in perpetuum. Cum hoc quod suprascripti ut supra investiti et eorum heredes teneantur et debeant facere extimare in villa de Crimeo de Mixocho totum illum vinum, quod vendunt et vendere volunt et dare dictum vinum pro toto illo pretio pro ut venditur ad tabernam Mixochi.

2. Item quod suprascripti monaci ut supra investiti teneantur suprascriptam ecclesiam et paramenta suprascripte ecclesie bene et diligenter gubernare et salvare.

3. Item quod suprascripti ut supra investiti et ac eorum heredes et utrumque eorum pro medio parte teneantur ed debeant illuminare suprascriptam ecclesiam sanctorum Bernardini et Sebastiani in nocte et omni nocte perpetualiter et etiam de die in diebus festivis solempnibus et principalibus.

4. Item teneantur dare prandium duobus sacerdotibus et officialibus Mixochi et duobus vicibus in anno videlicet quando vadunt ad celebrandum missam ad suprascriptam ecclesiam.

5. Item quod tota illa cera que offerta fiet dicte ecclesie remaneat suprascripte ecclesie et omnes illos denarios videlicet a soldibus viginti tertiorum in sursum quod ipsi monaci debeant dictam offertam et dictos denarios designare et consignare in manibus advocati seu advocatorum suprascripte prefate ecclesie et in eius utilitate convertantur, et soldos viginti et abinde infra remaneant et remanere debeant suprascriptis monacis et suis heredibus.

6. Item quod suprascripti monaci et eorum heredes teneantur et debeant manuteneere ciliostra duo cum dobiobieriis duobus quando celebratur missam [sic] in dicta ecclesia.

7. Item quod suprascripti investiti et eorum heredes teneantur scaggiare culminem et stratas in Gualdo de Gareda ultra versus Renum super totum territorium de Mixoche et quod dicte scagie sint longe spaza duo cum dimidia pro qualibet scagia seu perticha et esse unam prope alteram spaza sedecim et tot ut possint se bene videre.

8. Item teneantur frangere et rumpere stratam seu culminem tempore ieme vel jemane a Gareda infra versus Mixochum usque ad tectum Zannis de Seda. Ita bene et diligenter quod equi cargati possint ire et redire per dictam stratam et abinde intus versus Renum super totum territorium Mixochum et hoc tota suo posse. Et si prefatus magnificus dominus comes Henricus de Sacho dominus ut supra et eius heredes velent pertransire dictum culminem quod ipsi monaci teneantur et debeant sibi dare auxilium et favorem toto suo posse et sic similiter tenaentur comuni de Mixocho seu partium dicti communis.

9. Item teneantur rumpere et dare auxilium rumpendi culminem prefato domino comiti et suis heredibus et dictis vicinis de Mixocho sine aliquo prezio et forensibus pro pretio idoneo.

10. Item ipsi monaci et eorum heredes teneantur illic stare a Sanctum Bernardinum et illic habitare et illic manuteneere locum et focum et teneantur cuilibet dare cibum et potum pro pretio idoneo justa annum currentem.

11. Item teneantur pulsare in ieme et in mallo tempore campanam dicte ecclesie in die et usque ad duas horas in nocte ad hoc ut periculum non cadat in personis que transeunt dictam culminem.

12. Item ipsi monaci et eorum heredes possint tenere omnes illas bestias in comuni de Mixocho quas possint invernare super dictis bonis supra ad livellum datis.

13. Item quod suprascripti monaci teneantur ire in bogia cum suis bestiis et in alpe in omnibus modus et gradus prout faciunt alli vicini de Mixocho.

14. Item quod si pelegrini irent per dictam culminem et stratam et non haberent denarios per solvendo expensas, quod tunc ipsi monachi teneantur eis dare alber- gum unam noctem et pro comedendo duas vices amore dei et sin aliquo pretio.

15. Item ipsi monachi et eorum heredes teneantur manutenere pontem de Ga- reda prope Sanctum Bernardinum de lignis quattuor sufficientibus et abinde citra ubi est necesse usque in forcola.

16. Item totum comune de Mixocho teneantur [sic] dare suprascriptis monachis omni anno mediam libram boturi [sic] de minuto pro quolibet mezolo et de bestiis de Mixocho tantum.

17. Item quod suprascripti monachi et eorum heredes non possint facere nec illic ad Sanctum Bernardinum stare plus quam duo focha et si plus foca quam duo facerent et illic starent, quod sint caduti de dicto livello.

18. Item quod si suprascripti monaci ut supra investiti vel eorum heredes sta- rent negligentes vel cessarent a supscriptis promissionibus et obligationibus per eos factis ut supra et per eos faciendis et manutenendis ut supra, quod tunc cadant et cadere debeant et inteligantur de hoc presenti livello et de omnibus meliora- mentis per eos in dicto livello factis et quod penitus in manibus prefati domini comitis et dicti communis de Mixocho stipulantium et recipientium nomine supra- scripte ecclesie sancti Bernardini penitus remaneant omnibus occasionibus et exep- tionibus penitus remotis et renunciatis. quia sic inter eos accomendaruerunt. et de predictis omnibus et singulis rogatum extractum per me Zanettum de Dairo de Cama notarium infrascriptum publicum confici debere instrumentum unum et plura uniusque tenoris semper meliorando in laude et ditamine viri sapientis.

Actum super plateam de Crimeo de Mixocho, Interfuerunt ibi testes vocati et rogati Albertus dictus Pizonus filius condam Joanis Ferrarii, Petrus filius condam Anrigini del Bruxa, Zaninus filius condam Martini de Zanino del ferrario, Zanus f. Bertrameus filius condam Zari del fadicha, Zanus filius condam Zari del fadicha, Zanus filius Beti de Zanno del Ferario, Bertrameus filius Zaneti del Tascha, omnes de Souaza et pro vigario et teste dominus presbiter Antonius filius condam Dene- gini de Souiana de Lugano beneficialis Mixochi omnes notj.

Ego Zanetus de Ayra de Cama, publicus imperiali auctoritate notarius vallis Misolchine, filius condam de Zanis hoc instrumentum livelli rogatus tradidi scripsi meumque siglum consuetum in testimonium premissorum apposui et me subscripsi.
